Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

De obscenis moribus Elogabali.

reiterato cursu agitabat: quod neque cadebat umquam: et fugiebat non videntem: unde veniret. Terra tota auro substrata erat. Ceteri vero decertatores praemeditati huiusce cursus securitatem undique occurrebant. Populus vero facibus undique accurrens et coronas et flores iniiciebant. Item omnia deorum simulacra: et siquid magnificum donativum: atque omnia imperatoria signa: pretiosamque supellectilem, equites et exercitus universus in hac dei pompa ferebat. Post dei deductionem: collocationemque in templo: et post supradictas ceremonias: laudumque celebrationes: turres maximas et altissimas extrui mandabat: quorum ascenderat, turbae rapienda

Missilia

missilia spargebat: prout pocula aurea argenteaque: item vestes: mappas: velaque omnia: praeterea animalia omnia, quotidiana praeter sues. quae quidem omnia Phoenicum more peregit. Multi inter se pessundati: militumque pilis incidentes peribant: ex quo fit: ut illa sollemnitas multis calamitatem afferret. Ipse vero saepe aurigare ut saltare videbatur. Ne sua quidem facinora latere volebat. Prodibat pictis oculis: fucatisque malis: cuius facies natura pulchra erat: sed turpiter fucando afficiebat iniuria.

Mesa

Mesa cum ista videret: suspectosque milites haberet: